



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

6. De toleratis à Christo in domo Caiphæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

& impropereat nobis peccata legis. & filium
Dei se nominat, morte turpissima condem-
nemus eum. Quod doloris sensu iniustissi-
mam hanc ex malitiosissimâ mente
prolatam mortis sententiam exceperit
Dominus, scrutans corda & renes, eo-
rumque salutem tam ardenter deside-
rans! quanto nihilominus humilitatis,
mansuetudinis, amoris excellu tanquam
de manu amantissimi Patris acceptâ-
rit? idque ex grazuitâ misericordia, ut
nos ab æternæ mortis sententia libe-
raret. Admirare, gratias age, imitare.

VI. De toleratis à Christo in domo Caipha.
Matth. 26.

I. Postquam Filius Dei tanquam
blasphemus, & reus mortis
concilio condemnatus, quinque insig-
nibus contumelijs est affectus. I. con-
spuerunt in diuinam faciem eius ipsis
Seraphinis tam venerabilem, & quidé
vilissimi & improbissimi homuncio-
nes, de quibus meritò queritur: Ab-
ominantur me, & faciem meam confuere
non verentur, quod passim heu imitan-
tar tot peccatores!

Porrò agnus mansuetissimus haec
omnia

Tob. 30.

omnia fœdissimè sputa singulari modestia & vultū serenitate excipiebat, implens illud: *Faciem meam non auerti ab increpanibus, & conspuentibus in me.* Isa. 50.

2. Velant benedictam faciem eius, qui est splendor gloria Patris, & figura substantia illius, ut proteruius illi illuderent,

vti etiam faciunt nonnulli Dei præsentis & cuncta cernentis immemores, dicentes, si non verbo, saltem facto. *Nubes latibulum eius, nec nostra considerat.* Job. 22.

3. Colaphis, alapis, palmis eum ceciderunt & contuderunt, & quidem multi certatim, impetuque maximo, quasi ex zelo blasphemæ

ulciscendæ, ut impleretur illud: *Dabit percutient se maxillam, saturabitur op-*

probris: at ille implens consilium à se datum, percutienti dexteram, præbebat & sinistram. 4. Barbam & capillos ipsi euulserunt, iuxta illud: *Dedi corpus*

meum percutientibus, & genas meas vel-

lentibus. 5. Verbis irrisorijs eidem insul-

tarunt: Prophetiza nobis Christe, quis est,

qui te percussit? Et alia multa blasphe-

mantes dicebant in eum, quæcunq; in-

fernalis furor suggerebat, implentes il-

lud: Aperuerunt super me oras sua, & ex-

lob. 16. probrantes percusserunt maxillam meam.

Satiati sunt pœnis meis. Hæc omnia tor

Thren. 3.

Isa. 50.

ac tanta opprobria ac tormenta, qua
externa vultus tranquillitate, quo in-
terno humilitatis, patientiae, amoris,
zeli honoris æterni Patris & salutis
nôstræ affectu tolerârit? iugiter pœ-
oculis habens omnium nostrum
peccata, desideransque abundecon-
tumeliam per illa diuinæ Maiesta-
ti illatam resarcire, nobisque exemplū
quod imitaremur, relinquere? Com-
passio, Gratitudo, zelus imitandi cole-
rantiam tam eximiam omnium iniu-
riarum & contumeliarum.

II. Tota nocte reliqua arctissime
vinctus à custodibus & ministris, vices
subinde mutatis, prioribus ad quie-
tem sese recipientibus, bonus Iesus to-
tus exhaustus, absque illa cessatione
exagitatus est usque manè Ipse interea
per noctans in oratione, sublimissimos
reuerentię, amoris, resignationis actus
erga Patrem, commiserationis & dile-
ctionis erga palantes suos discipulos,
omnes Electos, insuper & tortores su-
os continuabat, omniumque necessi-
tate diuinæ æterni Patris prouidentia
commendabat. Renouandi prædicti
affectus.

III. Super hæc omnia plurimum Chri-
stum contrastauit terra Petri negatio,
quam

quam enim acerbo intimi doloris sensu indoluerit se ab eo, quem caput Ecclesiæ designarat, qui paulò ante præ reliquis feruentius le ad mortem secum subeundam obtulerat, ter negari:

1. Simpliciter.
2. Addito iuramento.
3. Cum adiuncta insuper execratione.

Quam meritò ingemiscens dixerit. *Iob. 19.*

Quem maximè diligebam, auersatus est me. Inquilini domus mea sicut alienum habuerunt me; & quasi peregrinus fui in oculis eorum. At quam benigna est misericordia amantissimi Magistri, errantem discipulum non auersantis, sed beaignè respicientis, & cor eius ex malorum conuersatione exceccatum & induratum sic illuminantis, & emollientis, ut lapsūs sui grauitatem clare agnosceret, & continuò egressus foras amarè flens lacrymis expiaret, imò tota vita expiare non cessaret. O quantæ abyssus humanæ fragilitatis!

At quantò maior diuinæ benignitatis!

Quam meritò ergo humilis compunctionio, & filialis fiducia erga Deum insinuatæ benignitatis cum zelo ei per

omnia perfectè placendi frequenter tanda?